Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ne

in chanaan. Qui ait nobis. Sic probabo
quod pacifici sitis fratrem uestrum unum di
mittite apud me et cibaria domibus
uestris sumite necessaria. et abite. fratrem que ut
strum minimum ad me adducite. ut
sciam quod non sitis exploratores. et is
tum qui tenetur in uinculis recipere
possimus. ac deinceps emendi que uul
tis habeatis licentiam. Hiis dictis cu
frumenta effundebant. singuli reperiebant
in ore saccorum ligatas pecunias. Exter
ritisque simul omnibus dixit pater iacob.
Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non
est. simeon tenetur in uinculis. be
niamin auferetis. In me hec mala omnia
accidunt. Cui respondit ruben. Duos
filios meos interficiat si non tradiderero
illum tibi. Trade illum in manu mea.
et ego illum tibi restituam. At ille. non
descendet inquit filius meus uobiscum.
Frater eius mortuus est. ipse solus remansit. Si quid ei aduersitatis accideritis
in terra. ad quam proficiscimini. deducetis ca
nos meos cum dolore ad inferos.

Interim fames iniuriam omnem XLIII
uehementer premebat. consumptisque
cibis quos ex egypto detulerant. dixit
iacob ad filios suos. Reuertimini et e
mite paululum uobis edarum. Respo
dit iudas. Denunciauit nobis uir ille sub
testificatione iurandi dicens. Non uidebitis faciem meam. nisi fratrem uestrum
minimum ad duxeritis uobiscum. Si
ergo uis eum mittere uobiscum. proficiscimur pariter. et ememus tibi necessaria.
Sin autem non uis. non ibimus. Vir
enim ut sepe diximus denunciauit
nobis dicens. Non uidebitis faciem
meam. absque fratre uestro minimo. Dixeris
ista. In me iam hoc fecistis miseriam. ut
indicaretis ei. et alium habere uos fratrem.

At illi respondunt. Interrogauit nos
homo ordinem nostram progeniem. si pater
uiueret. si haberemus fratrem. et nos responde
mus ei consequenter iuxta id quod fuerat
scisitatus. Numquid scire poteramus
quod dicturus esset adducite uobiscum fra
trem uestrum. Iudas quoque dixit patri suo.
Mitte puerum mecum ut proficiscamur.
et possimus uiuere ne moriamur. nos et par
uuli nostri. Ego suscipiam puerum de ma
nu mea. require illum. Nisi reduxero et
tradidero eum tibi. ero peccatis reus inte
omni tempore. Si non intercessisset. dilatio
iam uice altera uenissemus. Igitur israel
pater eorum dixit ad eos. Si sic necesse est.
facite quod uultis. Sumite de optimis
terre fructibus. in uasis uestris. et deferte
uiro munera. modicum resine et mel
lis et storacis et stacten et therebinthi et
amigdalarum pecuniam que duplicem
ferte uobiscum. et illam quam inuenis
tis in sacculis reportate. ne forte error
factus sit. et fratrem uestrum tollite. et ire ad
uirum. Deus autem meus omnipotens faciat uo
bis eum placabilem. et remittat et hunc
fratrem uestrum beniamin uobiscum. et eum
quem tenet in uinculis. Ego autem
quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo uiri munera. et pecuniam
duplicem. et beniamin. descendentque
in egyptum. et steterunt coram ioseph.
Quos cum ille uidisset. et beniamin si
mul. precepit dispensatori domus sue
dicens. Introduc uiros domum. et
occide victimas. et instrue conuiuium.
quia hodie mecum commessuri sunt meridie. Fecit ille sicut sibi fuerat imperatum.
et introduxit uiros domum. Illique ex
territi dixerunt mutuo. Propter pecuni
am quam retulimus prius in saccis
nostris introducti sumus. ut deuoluat